Que nunq̄ nisi te sospite sospes erit.
Spes tamen est fractis uicine pacis in undis.
Tunc placidas toto pectore finde uias.
Interea quoniam nanti freta peruia non sunt.
Leniat inuisas littera missa moras.

Acontius Cidippe. 19.

Pone metū nihil hic iterū iurabis amanti.
Promissam satis est te semel esse mihi.
Perlege discedat sic corpore languor abisto.
Qui meus est ulla parte dolere dolor.
Quid pudor ante subit nā sicut mede diane.
Suspicor ingenuas erubuisse genas.
Coniugium pactamq; fidem non crimina posco.
Debitus ut coniunx non ut adulter amo.
Verba licet repetas. que demptus ab arbore fetus.
Pertulit ad castas me iaciente manus.
Inuenies illic id te spondere quod opto.
Te potius uirgo quam meminisse deam.
Nunc quoq; idem timeo. sȝ idem tū acrius illud.
Assumpsit uires auctaq; flamma mora est.
Quiq; fuit quondam paruus non tp̄re longo.
Et spes quā dederas tu mihi crescit amor.
Spem mihi tu dederas meus hic tibi credidit ardor.
Non potes hoc factum teste negare dea.
Affuit & presens ut erat tua uerba nouit.
Et uisa est mota dicta tulisse coma.
Deceptam dicas nr̄a de fraude licebit.
Dum fraudis nr̄e causa feratur amor.
Fraus mea quid petiit. nisi qđ tibi iungerer uni.
Id me qđ quereris conciliare potes
Non ego natura non sum tam callidus usu.
Sollertem tu me crede puella facis.

Te mihi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0108
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG